









17  
1. d  
2  
2. d  
3. d  
4. d  
5. d  
6. d  
7. d





1730.

1. Hartmannus, Francus Zacharius : De occupatione bellica  
aquirendi dominium nra modo. Oratio, quam pro-  
rector academice munus suscipiet.
2. Hartmannus, Francus Zacharius : De jure Imperatoris circa  
canonizationem Hildebrandinam An. 1734.
3. Hartmannus, Fr. Zacharius : Differentiarum juris Prae-  
varici et provincialis Rugini specimen.
4. Hartmannus, Francus Zacharius, Pr. jm. Decanus : Programma,  
quo dissertationes in ang. Christiani Nicolai Helwigii . . .  
indicit.
5. Hartmannus, Fr. Zacharius : De jure canonici testamen-  
to testamenti subsecussu causa . . .
6. Hartmannus, Zacharius : De aequitate juridica.
7. Hartmannus, Fr. Zacharius : De efficientia clausulae  
pactum notatum : Längst Lieb Längst Gut.

1730

8. Hartmannus, Joannes Zacharias: De non putatorum  
contractu lictorali
9. Luther, Carolus Fridericus: De epilepsia
10. Stenius, Fridericus Gottlieb: De eo, quod justum est  
circa sora domestica . . .
11. Vogt, Franciscus Inaestus: Prudentia legislatoriae spe:  
cimes.

1732.

1. Stenius, Fridericus Gottlieb: De eo, quod justum est  
circa vesperam sanctam.
2. Vogt, Franciscus Inaestus: De majestate Imperantium  
legibus alligata. Oratio . . ., cum prorectoris  
munus susciperet.

1733.

1. Triccius, Franchinus, de: De differentia juris Ro-  
manis et Germanici circa pignus in manus Traditum . . .



1733.

2. Hans, Philippus Frid.: De origine juris et beneficii  
emigrandi, quod religionis causa in Germania nostra  
obtinet. Ed. 2.

D. IOANNE ZACHARIA  
HARTMANNO

COMIT. PALAT. CAESAR. IURIVM. PROFESSOR.  
PUBL. ORDINAR.

RECTOR. ACADEMIAE MUNIT.  
SPICHTAE.

1771  
 1. Thuring, Fichten, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 2. West, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 3. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 4. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 5. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 6. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 7. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 8. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 9. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 10. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.

1781.  
 1. Thuring, Fichten, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 2. West, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 3. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 4. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 5. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 6. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 7. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 8. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 9. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 10. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.

1782.  
 1. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 2. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 3. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 4. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 5. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 6. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 7. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 8. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 9. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.  
 10. Thuring, Buche, Buche. In 10. grad. p. 10. 10. 10.





*Dupl. H. d.*  
ORDINIS IVRIDICI  
IN  
ACADEMIA CHRISTIAN-ALBERTINA  
*h. r. DECANVS*

**D. IOANNES ZACHARIAS  
HARTMANNVS**

COMES PALATINVS CAESAREVS, IVRIVM PROFESSOR PVBLICVS  
ORDINARIVS ET ACADEMIAE NVNC PRO-RECTOR,

DISSERTATIONEM INAUGVRALEM  
VIRI CLARISSIMI

CHRISTIANI NICOLAI HELVIGII  
GRYPHISWALD. POMERANI

SVMMI REGII SVETICI TRIBVNALIS, QVOD WISMARIAE EST,  
ADVOCATI

DE

**DIFFERENTIIS IVRIS  
POMERANICI ET PRO-  
VINCIALIS RVGIANI**

PRO GRADV DOCTORIS ET SVMMIS IN VTROQVE IVRE  
HONORIBVS AC PRIVILEGIIS OBTINENDIS

DIE IVNII ANNO MDCCXXX.

IN AVDITORIO MAIORI

SOLENNITER HABENDAM  
PRAEVIA DECENTI INVITATIONE INDICIT.

**KILIAE**

LITTERIS NICOLAI LVDERS, ACAD. TYPOGR.

12. 8.

4 /

1730, 4



12

ORATIONE IURIS  
 ACADEMIA CHRISTIANA LIPSIENSIS  
 H. LO. KREYB. SACCHARIAS  
 HARTMANNVS  
 QUAE IN ACADEMIA  
 CHRISTIANA LIPSIENSIS  
 ANNO MDCCLXXII  
 PUBLI. CAE. A. M.  
 DIE 15. IAN. 1772  
 PUBLI. CAE. A. M.  
 PONTIFICI MAX. C. P. NO.  
 MDCCLXXII  
 LIPSIAE  
 IN ACADEMIA  
 CHRISTIANA LIPSIENSIS  
 ANNO MDCCLXXII  
 PUBLI. CAE. A. M.  
 DIE 15. IAN. 1772  
 PUBLI. CAE. A. M.



D



tran  
 dis  
 tur  
 ris.  
 to  
 tato  
 exp  
 Iur  
 bit  
 VI  
 qu  
 mi  
 Pro  
 me







PROGRAMMA  
PRAEMISSVM DISPVATIONI INAUGVRALI  
DE  
DIFFERENTIIS IVRIS POME  
RANICI ET RVGIANI.



Lorum omnium varietate constat iurisprudentia et vel ob illam solam mirifice delectat reficitque animos. Varietas enim, quod Ciceronis effatum est, proprie de coloribus disparibus dicitur atque ad voluptatem transfertur, quae itidem varia dici solet, quum ex multis dissimilibus rebus dissimiles efficientibus voluptates percipiuntur. Itaque non potest non esse iucundum, differentias iuris, quae homines, etiam vna eademque societate coniunctos, paululum distinguere ac disiungere, vel saltem societatem civilem in membra partiri videntur, inuestigari atque explorari. Quumque Disputatio Inauguralis de differentiis Iuris Pomeranici et Rugiani, quam proxime propalam tuebatur Vir Clarissimus, CHRISTIANVS NICOLAVS HELVIGIVS, Gryphiswaldensis, Summi Regii Suecici Tribunalis, quod Wismariae est, Aduocatus, illa ipsa varietate se inprimis commendat, non possum, quin vestigia eius premam ac Programmatis loco vni alteriue Differentiarum, quas Ille in medium produxit, adnitar aliquid luminis adspargere; vtut ipse

A 2

Vir



Vir Clarissimus sub ingressum Dissertationis receperit, se meditationum suarum olim copiosorem daturum expositionem. Cui operae haec ego dicam, cui labori omnes, quotquot exoptamus, ut Ius Germanicum in corpus et *σύνταξι* coalescat redigaturque aliquando, adclamabimus. Dissertationis Section. I. Position. V. pag. 10. Bartholdus de Krakewiz, anno 1642. vita functus, cuius Pronepos, Vir Summe Reuerendus, D. Albertus Ioachimus de Krakewiz, SS. Theol. Profesfor Primarius in Acad. Gryphiswald. itemque per Pomeraniam ac Rugiam Superintendens Generalis in maxima celebritate hodie versatur, vltimus ab Episcopo Rotschildensi Rugiae Superintendens constitutus esse dicitur. Verum non Krakevizium illum vltimum fuisse, qui a Rotschildensi Episcopo Superintendentis Rugiae munus acceperit, fere collegerim ex epistola M. Eusebii Menii ad Lucam Lossium exaratae, quam cum aliis Lossianis epistolis diuersi argumenti edidit Vir Clarissimus, Adamus Henricus Lackmannus, amicus noster. Expedit illam integram huc transcribi:

*Ad Lucam Lossium:*

M. Ioannes Frederus Theologiae Profesfor in Academia Gryphwaldensi et Rugiae Superintendens, Vir doctissimus, optimus, innocentissimus et vere pius, principio (ut qui pietate, vitae integritate, sacrarum litterarum cognitione et iudicio reliquos facile vincat) vna adhibitus est ad quasdam deliberationes vltimas nostro hoc calamitoso saeculo; in quibus officii et conscientiae ratione, libere, pie et grauius suam dixit sententiam, improbens quasdam fucosas conciliationes, et nonnihil dissentiens ab aliis, quibus magis interdum arridet potentium fauor, et lucri spes, quae in tali casu a Christo permittitur. Ex eo tempore coepit aulae suspectus esse, et inuisus quibusdam ex nostris, qui apud principem et quosdam praecipuos plurimum valent, qui a sua



sua sententia dissentire aliquos iniquiore, quam par est, animo, ferunt. Nec dissimulare diutius odium Cainicum poterant, sed anxie quaerebant omnes occasiones, quibus ipsum ulciscerentur. Eas vero M. Frederus cum studiose vitaret, et nihilo minus suum officium fideliter et diligenter faceret; tandem eo deducta res est, ut removere eum ab officio non obscure amplius molirentur, hancque arripuerint occasionem: non posse ipsum cum bona conscientia et cum fructu ecclesiae versari in ministerio, quia non sit ordinatus per impositionem manuum; cum tamen legitime vocatus sit primum ab ecclesia Hamburgensi magno cum consensu, et a Superintendente et Pastoribus eius loci approbatus, et dignus iudicatus: cum et publice pro eo sint factae preces et a reliquis ministris publicae commendatus ecclesiae. Ideo ipse Frederus suam sententiam ea de re conscripsit; cumque aduersarius eius nihil haberet quod responderet, multo minus, quod obiiceret: magis excoecatus scripsit contra Frederum magnum volumen arcuum 30. in quo non tam causam ipsam tractat, quam conuiciis, calumniis et mendaciis hominem innocentissimum lacerat et profcindit. Hoc scriptum, cum passim sparsisset, tandem et M. Frederus exhibuit. Frederus rem ad Principem detulit, conquerens de libello famoso, quo indignis modis exagitaretur. Causa coram Principe est acta: sed quia alter videbatur excessisse terminos viri boni et theologi; ab iis, qui ab eius partibus erant, res composita est, ita, ut sanciretur amnistia, et vrinque iniuriarum fieret condonatio. Frederus, etsi atrociter laesus, publice tamen ecclesiarum et scholae utilitatis causa negotium hoc sopiri permisit. Quae vero interea per practicas et sepeHas Hispanicas ex altera parte acta sint; longum esset commemorare. In summa, quia causam plausiblem et verisimilem saltem non inueniunt, ut quocumque prae-



textu eum ulciscantur; decurritur eo: non posse inter regem  
 Daniae et nostrum principem convenire de iurisdictione eccle-  
 siastica seu iure patronatus in Ducatu Rugensi, cui praest  
 M. Frederus tanquam Superintendentens. Igitur Principem tuen-  
 dae et retinendae suae libertatis gratia non velle in eo Duce-  
 ru ferre diutius Superintendentem iuramento obligatum Epi-  
 scopo Danico, in praedudicium suorum privilegiorum. Nec  
 Episcopus reditus annuus diutius concessurus est vlli, nisi a se  
 ordinato et confirmato. Nam iurisdictione ecclesiastica Ducatus  
 Rugiani pertinet ad Episcopum Rotschildensem, qui est sub Rege  
 Daniae. Ita cessante stipendio, cessante vocatione eius, cuius  
 interest; nihil certius restat, quam dimissio. Ita qualiscun-  
 que praetextus tandem excogitatus est, vt honeste dimittatur  
 M. Frederus, qui, sibi optime conscius, tametsi dimissionem  
 hanc impetratam non obscure intelligit, vt odium paucorum  
 expleatur, tamen forti animo hanc iniuriam fert, nec in  
 caussa bona supplex fieri vult: praesertim, cum ipsi omnem  
 de dimissione culpam in Episcopum Danicum reiciant; sed  
 auxilium a Domino expectat. Haec pluribus ad te scribo, ne  
 suspiceris, aliam subesse causam dimissionis. Nam talem vi-  
 rum cum (qui mihi vnus hoc in loco ex intimis fuit) cognoui,  
 vt nec in doctrina, nec in vita, nec in moribus a quoque  
 etiam inimicissimo iure reprehendi possit; candidus, pacificus,  
 doctus, pius, expers mundi, reclus, beneficus et conscientio-  
 sus est, verus Lutheri discipulus. Ac doleo, ex nostra schola  
 virum tantum et facile summum eripi, non sine magno damno.  
 Nec possum de eo non vehementer esse sollicitus, ac cuperem  
 ei rursus honesta vel mediocri aliqua conditione prospectum.  
 Cum autem audirem, apud vos desiderari vnum adhuc theo-  
 logiae profesorem, volui hunc tibi indicare. Si aliis fami-  
 liarius notus esset, haud dubie laborarem, vt talem virum, qui  
 et vsui et ornamento scholae esse posset, attraherent.

Quo-

niacq  
 tur,  
 quo  
 mori  
 suam  
 Pome  
 mold  
 graph  
 1169.  
 optim  
 finivi  
 cile a  
 Rugia  
 adiu  
 giano  
 de pra  
 tis e  
 ritia  
 est.  
 mold  
 ckium  
 maru  
 nam l  
 rum a  
 curae.  
 Princ  
 obtuli  
 roniae  
 sione



Quoniam hac epistola Episcopo Rotschildensi Daniaeque Regi iurisdicatio ecclesiastica in Rugiam asseritur, paucis indicabo, qua via hanc adquisuerint, et quo pacto eadem rursus exciderint Dani. Proditum memoria est, Waldemarum I. Regem Daniae Rugiam sub suam redegeisse potestatem. Qua in re Waldemaro ipsi Pomeraniae Duces, ut ex Saxone Grammatico et Helmolde liquet, auxilio fuerunt. Quod confirmat Chronographus Saxo apud Leibnitium in accessionib. historic. ad ann. 1169. quamvis ex hoc scriptore, qui tamen rerum harum optime gnarus esse potuit, quod annales suos anno 1188. finiuit, adeoque illo ipso tempore vixisse credendus est, facile adpareat, Waldemarum rem Christianae Religionis in Rugia non confecisse. *Woldemarus, inquit, Rex Danorum, adiunctus sibi Luiticiorum Principibus, ad Rugianos profectus Deos eorum succidit et multo auro et argento de praecipuo fano ipsorum ablato umbram Christianitatis eis impresit, quae in breui tam ipsius auaritia quam doctorum penuria et desidia abolita est.* Quidquid id est, de eo tamen inter scriptores, Helmolde, Micraelium, Cramerum, Hildebrandum, Hartknockium, Egidium von der Mylen, aliosque constat, Waldemarum Rugianis imperauisse tributum ecclesiamque Rugianam Episcopi Rotschildensis, quod is in conuersionem illorum ad fidem veram studiose dederat operam, commisisse curae. At Danorum vero imperio postea solutam Rugiam Princeps eius Rudolpho I. Imperatori in feudum anno 1283. obtulit. Et Saeculo XIV. Rugiae Principibus extinctis Pomeraniae Ducibus tum cognationis iure tum vi pacti de successione mutua initi eadem cessit. Inter hos deinde et Regem Da-



Daniae de iurisdictione ecclesiastica in Rugiam grauis contentio oritur: quam ab Episcopo suo Rotfchildensi olim exercitam nunc sibi qua Episcopo cum quibusdam bonis Insulae deberi Danus contendit. Obuertunt Duces, per Pacem Religiosam ecclesiasticam illam Episcopi Rotfchildensis iurisdictionem suspensam omnemque sibi qua Dominis territorialibus iurisdictionem, etiam ecclesiasticam, cum iure circa sacra curaque religionis esse vindicatam. Tandem hic Kiliae nostrae anno 1570. controuersia transactione sopita est, quae vocatur *der Kielische Vertrag*, et sequentia continet: *Nos Christianus Dei gratia, Daniae, Noruegiae, Vandalorum, Gothorumque Rex, Dux Slesuici, Holsatiae, Stormariae et Ditmarsiae, Comes in Oldenburg et Delmenhorst etc.* Et Nos *Barnimus ac Philippus, ex eadem gratia, Stetini, Pomeranorum, Cassubiae, Vandaliaeque Duces, Principes Rugiae, Comites Gützconiae, notum testatumque facimus, quod differentiae inter Nos exinde ortae, quod Nos Duces Stetini Pomeranorum certis ex causis quaedam bona, fructus et redditus ad Ecclesiam Cathedralem et Capitulum Rothchildense pertinentes ac in Rugia sitos ante aliquot annos ad vsus nostros transtulimus, sequenti modo inter Nos amicabiliter sint compositae, scilicet, quod Nos Barnimus et Philippus praefati Duces ea bona, quae Capitulum Cathedrae Ecclesiae Rothchildensis in Rugiae Principatu ante occupationem nostram possedit, intra huius et Omnium Sanctorum proximae diei spatium restituere, et impo-  
sueram Episcopo, Administratori vel Oeconomo dictae Ecclesiae Cathedrales prouentus Ecclesiae ad pias causas rogari solitos omnia iura dominii, possessionis et vsusfructus, quae Ecclesia, antequam Nobis bona haec assereremus, ab antiquo Principatu nostro Rugiae exceruit, quiete et absque impeditioe per Nos et Nostros, consueto veteri more exercenda, utenda, fruenda permittere, neque bona illa siue eorum possessores nouis et insolitis oneribus grauare.*

*verum*



verum Nos Duces Pomeraniae seruitiis et praestationibus, quae virtute Superioritatis Territorialis ab his ecclesiasticis bonis antiquitus et iure Nobis ratione militiae et collectarum debentur, contenti esse, nec ad iniustata seruitia possessores cogi velimus, ut tamen idcirco etiam praedictorum bonorum possessores omnes reditus hactenus nobis pendi solitos debito modo exsoluant. Verum ut lese res inclinant, ita ambulant foedera publicis consiliis icta maximeque rata et religiosa. Neque enim illa Kiliensis pactio neque Westphalica Pacificatio impediuit, quo minus Rex Daniae ius suum episcopale in Insulam Rugiam refricaret. Nempe cesserant anterior Pomerania cum Stetino Rugiaeque Principatus cum Dominio Wismariensi Sueciae Reginae per Pacis Osna-brugensis Instrumentum Art. X. §. 9. Mox deinceps de hac ipsa Rugia inter Sueciam et Daniam bellum exarsit. Obten-ditur antiquata illa atque extincta iurisdictionis ecclesiasti-cae in Rugiam postulatio. Sed haec res male gesta est, neque prospere potuit cedere. Dani enim occupatam Rugiam ano-no 1658 Pacificatione Rothschildensi cum omni iure et iuris-dictione tam civili quam ecclesiastica cogebantur permittere Suecis. Id verba §. 7. Instrumenti Pacis Rothschildensis per-docent: Es renunciren und abtreten auch J. K. M. vor sich und Ihre nachkommende Könige und die Cron Dänemarc an J. K. M. und Dero Successores und die Cron Schweden alle Jurisdiction und Ge-rechtigkeit, geistliche und weltliche, so Sie über das Gut im Fürstenthum Rügen haben. Et paragraphus 15. der Friedens-Puncten, de quibus paullo ante anno eodem 1658 die 17. Februarii inter vtriusque Regis legatos conuenerat, ita rem effert: Soll der König in Dänemarc dem Könige in Schweden alle Praetensiones, so er auf die Insul Rügen hat, abtreten. Deinde ista omnia confir-mata non minus sunt anno 1660 Pacis Hafniensis tabularum Articulo nono. Verum enimvero flagrauerint necesse est cupi-dine



dine habendi illam Insulam Dani. Nam adiuti a Brandenburgico Electore anno 1678. denuo Rugiam expugnarunt, omnemque enixissime dederunt operam, ne rursus illam relinquere pristinis Dominis adigerentur, quod ex Propositione Danorum Mediatoribus exhibita manifestum est, vid. Memoires des Negociations de la Paix de Nimuegue Tom. II. p. 17. Sed nulla Propositionis istius habita ratione et Parisiensi et Lundinensi Pacificatione Rugia Suecis iterum addicta fuit. Et quamvis eos possessione illius nostro aevo exuerint Danus Saxo et Brandenburgicus socii, postea tamen Pace inter Sueciae et Daniae Reges facta Rugia restituta est Suecis. An itaque Rugia Regno Sueciae adeo vnita, vt huius prouincia, si non *incorporata*, vt loquuntur, saltem *accessoria* dici queat? Neutrum simpliciter adfirmare ausim. Rugia enim non coniuncta cum Suecia est, quomodo Italia cum Germania, cuius illa per accessionem pars facta atque adeo Regni Germanici prouincia accessoria recte dicitur, vnde est, quod Principes Italiae prouocent ad Iudicium Imperii Aulicum. Rugia, inquam, Regni Sueciae pars facta non est, sed Reges Sueciae, quibus Pace Westphalica Rugia cessit, ratione ipsius ius Ciuitatis Germanicae nacti sunt, vnde Rugia permansit et est prouincia Imperii Germanici. Hoc per Instrumentum Pacis Westphalicae Articul. X. §. 9. euidentissime comprobatur, cuius verba sunt: *Ratione supra dictorum omnium Ditionum Feudorumque Imperator cum Imperio coepit Serenissimam Reginam Regnique Sueciae Successores in immediatum Imperii Statum, ita vt ad Imperii Comitia inter alios Imperii Status Regina quoque Regesque Sueciae sub titulo Ducis Bremensis, Verdensis Pomeraniae vt et Rugiae Principis Dominique Wismariae citari debeant, assignata eis sessione in Conuentibus Imperialibus in Collegio Principum Scamno saeculari. - - Quibus iungenda sunt*



sunt verba §. 12. dict. Articuli decimi: *Deinde concedit eis in omnibus et singulis dictis feudis priuilegium de non appellando, sed hoc ita, ut Summum aliquod Tribunal seu appellationis instantiam commodo in Germania loco constituent eique idoneas praesciant personas, quae unicuique ius et iustitiam secundum Imperii Constitutiones et cuiusque loci statuta absque ulteriori prouocatione caussarumque auocatione administrent. Contra si contigerit, ipsos, tanquam Duces Bremenses, Verdenses aut Pomeraniae, vel etiam ut Principes Rugiae aut Dominos Wismariae ex caussa dictas Ditiones concernente ab aliquo legitime conueniri, Caesarea Maestas liberum eis relinquit, ut pro sua commoditate forum eligant vel in Aula Caesarea vel Camera Imperiali, ubi actionem intentatam excipere velint. Teneantur tamen intra tres menses a die denunciatae litis sese declarare, coram quo iudicio se sistere velint.* Quamobrem ad haec vtrisque oculis respexit Regius Senatus Holmensis, quum, quod Clar. Candidatus in Disput. Sect. II. Pol. 26. refert, anno 1703. d. 16. Octobris Regimini Pomeranico rescripsit: *daß, weil bemeldte Teutsche Provinzien mit dieser ausdrücklichen clausul in dem Osnabrückischen Friedens Schluß Ihre Königl. Maj. und der Cron Schweden abgetreten worden, daß sie bey den Rechten des Römischen Reichs und ihren eigenen Statuten allerdings sollen gelassen werden, wir nicht finden können, daß man denenselben per modum iniunctionis weder das Schwedische See noch sonst einiges andere hie im Reich gemachte Recht zur Nachricht in denen Entscheidungen aufdringen könne zc. Multo minus igitur Rugia Suecico Regno incorporata dici poterit. Nam incorporata eodem iure habentur eum illis quibus incorporantur. Quo ipso in Imperio Rom. Germanico prouincia incorporata ab accessoria differt. Sic Italia, ut ante dixi, accessoria, non incorporata, Regni Germanici prouincia est. Sic respectu Pomeraniae Ducatus Rugia, quae illi inde vsque ab anno 1327. vnicuique fuit, minus proprie incorporata dicitur prouincia, sed accessoria appellanda est, quoniam, ut ipse Cl. Candidatus in ingressu Disputationis innuit, tum Rugia Ducatui Pomeraniae sal-*



uis iuribus et consuetudinibus in Rugia obrinentibus facta, qua de re inter Wartislaum et Ordines Principatus Rugiae Stralfundii dicto anno expresse conuenit. Plane incorporatio probanda, et prouincia alteri vnita non incorporata sed accessoria censenda est. Vnde patet, quam distent et diuersa sint incorporata et accessoria prouincia. Haec illustrabunt, quae ex Responso Iuris ab Ordine Iuridico Kisiensia 1728. mense Decembri dato hic excerpta tradam: Die weil aber dennoch die coniunctio diuersorum territoriorum et prouinciarum nicht auf einerley Weise geschiehet, indem bald zu dem territorio principali ein Stück Landes oder eine Prouinz gebracht wird, daß sie an jenem zwar henge, gleichwohl ein corpus separatum ausmache, und mit dem territorio principali nicht alle iura gemein habe, welches terra accessoria in sensu specialiori genennet wird,

Cocceius Iur. Publ. Prud. cap. 1. §. 10.

dergleichen terrae accessoriae, zum Exempel, in Ansehung Chur-Brandenburg, und zwar, so viel das ius de non appellando betrifft, die Herzogthümer Magdeburg, Cleue, Pommern, so dann die Fürstenthümer Halberstadt, Minden, Camin, samt den Graffschaften Marck und Ravensberg, wie auch andere im Reiche belegene Lande seyn mögen, inmassen in den Brandenburgischen Chur-Landen in allen Sachen keine appellaciones von Bey- oder End-Urtheilen zugelassen, in denen andern icht-erzehleten terris accessorijs aber nicht in allen Sachen und schlechredings das ius de non appellando dem Chur-Hause Brandenburg beykommet,

Vid. Ludolf. Catalog. Priuilegior. de non appellando sub rubr. Chur-Brandenburg,

bald hingegen dem territorio principali eine Prouinz also accedit, daß sie jenem einverleibet und mit selbigem entweder gänzlich oder in gewisser Maaße ein corpus wird, daher eine solche accessoria prouincia incorporata heisset, und mit dem territorio principali entweder alle, oder die vornehmsten iura und priuilegia familiae territorij principalis concessa gemein hat, quum incorporata eodem iure habeantur cum illis, quibus incorporantur,

Meu. conf. 5. n. 29. et late Barbof. thes. loc. comm. iurispr. voc. incorporatio,

solchemnach alsdenn das ius de non appellando der prouinciae incorporatae gleichfalls zustehet, quodsi enim territorium aliquod territori-



territorio principali incorporatum, tum porrigitur priuilegium de non appellando familiae concessum etiam ad illas terras. Qua ratione Saxonicum priuilegium de non appellando etiam ad Hennebergicas terras pertinet;

Ludolf. de Iur. Cameral. pag. 177.

und denn angeführet worden, daß das Guth 2c. 2c.

Alia plura his variis attexere animus mihi fuit. Parum abfuit, quin occasionem differendi de Iure venationum Regali arripuissem. Nam singularia vtique sunt, quae in Diplomate Caroli IV. Imperatoris, quod in adnotationibus ad Positionem 19. Sectionis II. huius Inauguralis Dissertationis exhibetur, de Principatu Rugiae ad Magistratum Venationis Imperii pertinente leguntur. Et apertum videtur, in aliis quoque Imperii pluribus prouinciis ante, quam Statuum Superioritas territorialis ad illud culmen, in quo nunc est, pertuenit, venationes exercuisse Imperatores. Vnde tot Venationibus Regis Praefecti, vnde tot Principes Venatorum in Imperio vel etiam Forestariorum supremo munere functi sunt, verbi causa Duces Carinthiae, Duces Wurtembergae, Comites nunc Serenissimi Principes Schwartzburgici et Principum dignitate iam a multis retro saeculis splendidi, Marchiones Misnenses, Principes Rugiani, Comites a Truchedingen et post eos Comites a Schwarzenberg, alii-que. Tandem de Wildfangiatus iure quaedam producere constitueram, quo pertinent ea, quae in adnotatione ad Posit. 22. Sectionis II. huius Dissertationis de *captiuis hominum* olim in Rugia vsitatis ex Helmoldo referuntur satisque comprobant, ius Wildfangiatus olim in vniuersa obtinuisse Germania. Tum Laudum Heilbronnense a Regibus Galliae et Sueciae in causa Wildfangiatus pronunciatum, qua in re opera Meuii, Summi Wisma-riensis Tribunalis Praesidis Secundarii et Iurisconsulti excellentissimi claruit, aliaque varia enarrassem. Verum isthaec omnia praetereunda hic silentio sunt, ne in rerum tam variarum atque ipsius antiquitatis voraginem profundam demisso mihi prorsus ex animo effluat institutum. Nempe praesertim hae pagellae Clarissimi Candidati NICOLAI CHRISTIANI HELVIGII ortum vitaeque et studiorum rationem comprehendant ac man-ifestent. Ipse vero vitae suae cursum conscripsit his verbis:



Natus sum Gryphiswaldiae anno 1683. die 5. Decembris post  
 horam octauam vespertinam Patre Christophoro Heluigio Med.  
 Doctore ac Prof. Regio, Facultatis suae Decano perpetuo, Po-  
 tentissimi Electoris Brandenburgici, FRIDERICI WILHELMI,  
 et Serenissimi Ducis Gustrouiensis, GVSTAVI ADOLPHI,  
 Archiatro, cui Collegium Naturae Curiosorum in Germania nomen  
 Galeni II. dedit, et Matre Anna Regina Hünen. Auus Paternus fuit  
 Dn. Antonius Heluigijs M.D. Ciuitatis Anclamensis Consul et Po-  
 liater. Auia Paterna Hedwiga Illyes, Dn. Ioachimi Illyes,  
 M.D. Ducis Brunswicensis, Episcopi Osnabrugensis et Ver-  
 densis, PHILIPPI SIGISMVNDI Archiatri, ac postea Physici  
 Stralsundensis Primarii, et Barbarae Hüters filia unica.  
 Auus Maternus erat Vir Apollinea experientia excellens Dn.  
 Ioannes Hunii, Serenissimi Principis Pom. PHILIPPI IVLII  
 Archiater, Canonicus Capituli Caminensis, Prof. Med. Ord. et Ci-  
 uitatis Gryphisw. Physicus. Auia Materna: Gertrud von Bukow,  
 filia Claus von Bukow, Haereditarii in Waskow, Celsissimi Prin-  
 cipis PHILIPPI IVLII Camerarii, Praefectique Viduae Prin-  
 cipis Loizensis. Proauus Paternus: Dn. Andreas Heluigijs  
 M.D. Ducis Pomeraniae PHILIPPI IVLII Consiliarius et  
 per triginta annos Physicus Anclamensis. Proauia Paterna:  
 Regina von Wesel, filia Henrici von Wesel, Consulis Ancla-  
 mensis meritisimi. Proauus Maternus: Dn. Ioachimus Hunii,  
 Ducis PHILIPPI IVLII Pharmacopaeus Aulicus et Senator  
 Wolgastanus, Hypothecarius in Neuendorff, cuius Auus, Mar-  
 tinus Hunii, fuit Archiater Sacr. Caes. Mai. FERDINANDI I.  
 a quo Insignia Nobilitatis meruit, teste adhuc asseruato Di-  
 plomate. Proauia Materna: Anna Neumanns, M. Ioachimi  
 Neumanns, Praepositi et Pastoris Wolgast. filia. Post  
 initum cum Christo foedus in baptismo, et iacto verae  
 pietatis fundamento, Parentem meum post sextum annum  
 amisit. Matre interim mea dulcissima educationem sol-  
 licite



licite procurante, primum Praeceptorum Scholae Oppidanae, postea Priuatorum curae commissus sum, inter quos merito laudandus Dn. Christianus Ruch, Pastor Liepensis in Vsedomia fidelissimus, et M. Nicolaus Köppen, tunc temporis Philosophicae Facultatis Prof. Extraordinarius, nunc vero Prof. Reg. L. L. Orient. Ord. Affinis meus honoratissimus. Sub his politioribus studiis Geographico, Oratorio, Poëtico, Logico, Ethico ac Graeca Lingua ita initiatus, ut a meis dignus iudicatus sim, qui ad subsellia Academica accederem. Factum illud est anno 1701. die 18. Iunii, Fasces tenente B. Ioh. Philippo Palthenio, Moral. et Histor. Prof. Publ. Ord. celeberrimo, quo praecunte tam publice quam priuatim eius Collegia Moralia et Historica diligenter frequentari, non neglectis aliis studiis Philosophicis. Nam in Poesi et Oratoria Collegiis interfui B. D. Christiani Saalbachii. In Logicis Dn. Theod. Hornium audiui. Cursum Mathematicum ductu Dn. Ieremiae Papken absolui. His studiis imbutus ad Iura animum applicavi ac Professorum tum temporis Celeberrimorum Collegiis Publicis et Priuatis diligenter interfui. Inter quos praecipue nominandus Vir Generosus B. Dn. Petrus de Maskow, Consistorii Regii Director grauiissimus, Pater quondam meus spiritualis. B. Dn. Alexander Carocius, B. Dn. Iohannes Schack, B. Dn. Henning. Christoph. Gerdes, Georgius Adolphus Carocius, et Frater meus dilectissimus Ioachimus Andr. Heluigijs, nunc Prof. Iur. Ord. ac Consistorii Regii Assessor, e cuius priuatissima institutione non minimos percepi fructus. Dedi etiam studii mei publica documenta, habitis diuersis Disputationibus publicis sub Praesidio nominatorum Dn. Dn. Professorum. Nam sub praesidio Dn. D. Ioh. Schackii Theses Iuridicas ex Compendio Lauterbachiano desumptas anno 1705. defendi. Eodem anno sub Praesidio Dn. Georg. Adolph. Carocii Syllogen secundam Positionum Iuris Communis cum Lubecensi collatarum placido eruditorum examini



mini submissi. A. 1706. sub eiusdem Praesidio disputavi de Coniunctione diuersorum in Germania Territoriorum. Anno 1707. Praeside Dn. Petro Maskouio, Disp. XIV. de diuersis Regulis Iuris Antiqui publice propugnaui. Saepissime vero opponentis munere in publicis auditoriis functus fui. Cum igitur sub his Doctores et Praeceptoribus Cursum Iuris aliquoties absoluissem, constitueram mecum peregrinas visitare Academias, sed suasu meorum, praesertim Viri Generosi B. Dn. Francisci Mich. de Boltensfern, Regii Dicafterii quondam Directoris grauisissimi Cognati ac Susceptoris mei e fonte sacro honoratissimi, nec non Generosi B. Dn. Frantz Edlen von Essen, Regii Dicafterii quondam Consilarii grauisissimi, Fautoris mei aestumatisissimi, consilium mutavi, et ad praxin me applicui. Receptus igitur sum in numerum Aduocatorum et Procuratorum Ord. Dicastr. Reg. Pomeranici die 8. Maii 1708. Ab eo tempore strepitum causarum Forensium sequutus ea, qua decet, fide earum patrocinium suscepi et sustinui. Anno autem 1722. die 6. Maii in Album Aduocatorum Summi Regii Tribunalis Wismariensis cooptatus sum.

His addendum est, quod Clarissimus Vir proximo Mense Iunio huius anni literis ad me nunc Decanum Ordinis Iuridici Kiliensis datis petierit, vt ad examina consueta admitteretur atque deinceps habita Disputatione Inaugurali honores ac privilegia Doctoris Iuris Vtriusque consequeretur. Tam conspicui enim virtutem atque ad praeclara omnia contendentem non poterant iam sponte virtutem adgreddenda extimulare acerrime. Quare nullum Ordini Iurisconsultorum Amplissimo haesit dubium, quin cum per examina, quae praecedere solent honorum ac privilegiorum Doctoris Iuris Vtriusque collationem, circumagendum decreuerint. Quae quum sustinuerit Collegio nostro adplaudente, is nihil habet prius, quam vt Disputationem Inauguralem, quam de differentiis Iuris Pomeranici et Regiani conscripserit, in publico eruditoque conuentu tueatur. Cui rei quam futura dies Iunii dicta ac praestituta sit, Proceres nostros et Fautores Musarum, vt Disputationem hanc concertationum doctarum plenam audiant benigne, quo decet, cultu et obsequantia, rogo, Civesque Generosissimos iuxta ac Nobilissimos, vt frequentes et ore fauente adint, identidem ac peramanter admono. P. P. Kiliae die Junii MDCCXXX.

(L.S.)



Kiel, Diss., 1730/33

ULB Halle 3  
003 260 100




G.











*Dupl. H. 2.*  
ORDINIS IVRIDICI  
IN  
ACADEMIA CHRISTIAN-ALBERTINA  
*h. t. DECANVS*

D. IOANNES ZACHARIAS  
HARTMANNVS

COMES PALATINVS CAESAREVS, IVRIVM PROFESSOR PVBLICVS  
ORDINARIVS ET ACADEMIAE NVNC PRO-RECTOR,  
DISSERTATIONEM INAUGVRALEM  
VIRI CLARISSIMI

CHRISTIANI NICOLAI HELVIGII

GRYPHISWALD. POMERANI

SVMMI REGII SVECICI TRIBVNALIS, QVOD WISMARIAE EST,  
ADVOCATI

DE

DIFFERENTIIS IVRIS  
POMERANICI ET PRO-  
VINCIALIS RVGIANI

PRO GRADV DOCTORIS ET SVMMIS IN VTROQVE IVRE  
HONORIBVS AC PRIVILEGIIS OBTINENDIS

DIE IVNII ANNO MDCCXXX.

IN AVDITORIO MAIORI

SOLENNITER HABENDAM  
PRAEVIA DECENTI INVITATIONE INDICIT.

KILIAE

LITTERIS NICOLAI LVDERS, ACAD. TYPOGR.

12.8.

4

1730,4